HIERONYMUS
Klosterneuburg, 2. Hälfte 12. Jh. Seite 45r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=457
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



mea regna ydola. sic et symulacra
eorum de ierlm et de samaria. Numquid non
sicut feci samarie et ydolis eius, sic fa
ciam ierlm et symulacris eius. Ponamus
in hoc loco translationem lxx. que ab
hebraico discordat in plurimis. Ve assy
riis. Virga furoris mei. ipse est in
manibus eorum ira mea. In gentem iniquam
mittam et populo meo precipiam ut faciat
spolia et predam. et conculcet ciuitates
et ponat eas in puluerem. Ipse autem non sic
cogitauit. et non ita arbitratus est. sed ut con
teratur mens eius. et dispdat gentes
plurimas. Quod si dixerint ei. tu solus es prin
ceps. respondebit. Non tuli re[illegible]gio
nem que est super babylonem. et calanne
ubi turris edificata est. tuli autem arabiam
et damascum et samariam. Sicut has tuli.
sic omnia regna capiam. Vlulate schul
ptilia. in ierlm et in samaria. Sicut enim
feci samarie et ydolis eius sic fa
ciam ierlm et symulachris illius. Primum
sciendum quod in hebraico non habeat
chalanne. sed chalanno. Vltima enim
nominis huius littera non est. eth. ut illi
puta [illegible]uerunt. sed uau. que littere
solamente se distant magnitudi
ne. Turris autem edificata est in cam
po sennaar in quo erat arech. acad.
et chalanne et babylon que ex confu
sione linguarum nomen accepit. Ara
bia autem non habetur in hebreo. sed emath.
quam syri usque hodie epiphaniam uo
cant. Vlulare quoque schulptilia in
ierlm. de suo addiderunt. Quodque super scrip
tum est. et si dixerint ei. tu solus es prin
ceps respondebit. non tuli regionem il
lam et illam. sed tuli arabiam et damascum

et samariam. hec suggerit sensum. Cum inquit
dixerint assyrio qui capti sunt. tu prin
ceps es omnium. ille adhuc infirmum se
sentiens. respondebit. Quomodo me uoca
tis principem. cum tantum arabiam et damas
cum et samariam ceperim. et longe positas
nationes trans babylonem nec dum mee
subdiderim potestati. Quomodo autem arabiam
cepi. damascum. et samariam sic omnia mihi
regna substernam. Transeamus ad hebrai
cum. et quid nobis uideatur breuiter anno
temus. Ve assyrio. i. sennacherip. quia
ipsi est uirga et baculus furoris mei. In
manu enim eius indignatio mea. et
per illum percutiam gentem fallacissimam que in
terme et ydola semper claudicauit. que
precepta mea se facturam esse mentita est.
et contra populum furoris mei ipsi precipiam
ut spoliet eum atque predetur. et redigat in
puluerem. et conculcet quasi lutum platearum
i. ut percutiat eum. et non interficiat ut uul
neret. et non animam auferat. ipse autem modum
iracundie mee egressus est. et non so
lum contra israel adquem directus fuerat. sed
in gentes plurimas debachatus est. ut omnia
per circuitum regna contereret. et usque ad
internicionem gentium plurimarum illius mucro
seuiret. Erectus enim in superbiam. hec au
sus est dicere. Duces mei aliarum gentium re
ges sunt. et mihi subiecti cunctis natio
nibus imperabunt. Quomodo cepi carcha
mis sic cepi. et chalanno. quomodo ar
fath. sic obtinui. et emath. quomodo
damascum. sic mihi subieci et samariam. quo
modo cetera regna que ydolorum cultui ser
uiebant meis subieci pedibus sic et
ierlm et samariam in quibus eadem ydola
sunt mee subiciam potestati. quomodo cepi